

NOVEMBER 27, OUR LADY OF THE MIRACULOUS MEDAL

[Errors? help@extraordinaryform.org](mailto:help@extraordinaryform.org)

On November 27, 1830, the future St. Catherine Labouré reported that the Blessed Mother displayed herself inside an oval frame, standing upon a globe. She wore many rings set with gems that shone rays of light over the globe. Around the margin of the frame appeared the words *Ô Marie, conçue sans péché, priez pour nous qui avons recours à vous* ("O Mary, conceived without sin, pray for us who have recourse to thee"). As Catherine watched, the frame seemed to rotate, showing a circle of twelve stars, a large letter *M* surmounted by a cross, and the stylized Sacred Heart of Jesus crowned with thorns, and the Immaculate Heart of Mary pierced with a sword.

[New User Guide](#)

AT THE FOOT OF THE ALTAR (Kneel)

P: †In nómine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

P: Introíbo ad altáre Dei.

S: Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

(Psalm 42)

P: Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me.

S: Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulisti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

P: Emítte lucem tuam, et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

S: Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

P: Confitébor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

S: Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.

P: Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

S: Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

P: Introíbo ad altáre Dei.

S: Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

P: †Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

S: Qui fecit cælum et terram.

P: Confíteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

S: Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

P: Amen.

S: Confíteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi pater: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: **(strike breast 3 times)** mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Archángelum, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

P: Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

S: Amen.

P: †Indulgéntiam, absolutiónem, et remissionem peccatórum nostrórum, tribuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

S: Amen.

P: Deus, tu convérsus vivificábis nos.

S: Et plebs tua lætábitur in te.

P: Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

S: Et salutáre tuum da nobis.

P: Dómine, exáudi oratióne meam.

S: Et clamor meus ad te véniat.

P: Dóminus vobíscum.

S: Et cum spírítu tuo.

P: Orémus.

P: Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta Sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum reliquiæ hic sunt et ómnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

AT THE FOOT OF THE ALTAR (Kneel)

P: †In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

(Psalm 42)

P: Judge me, O God, and distinguish my cause from the unholy nation, deliver me from the unjust and deceitful man.

S: For Thou, O God, art my strength, why hast Thou cast me off? And why do I go about in sadness, while the enemy afflicts me?

P: Send forth Thy light and Thy truth: they have conducted me and brought me unto Thy holy mount, and into Thy tabernacles.

S: And I will go unto the altar of God: to God, Who gives joy to my youth.

P: I shall praise Thee upon the harp, O God, my God. Why are you sad, O my soul, and why do you disquiet me?

S: Hope in God, for I will still praise Him, the salvation of my countenance, and my God.

P: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.

S: As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

P: †Our help is in the name of the Lord.

S: Who made heaven and earth.

P: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brethren, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brethren, to pray for me to the Lord our God.

S: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

P: Amen.

S: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you father: that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: **(strike breast 3 times)** through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray for me to the Lord our God.

P: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

S: Amen.

P: †May the almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.

S: Amen.

P: Thou wilt turn again, O God, and quicken us.

S: And Thy people will rejoice in Thee.

P: Show us, O Lord, Thy mercy.

S: And grant us Thy salvation.

P: O Lord, hear my prayer.

S: And let my cry come unto Thee.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

P: Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord; that with pure minds we may be made worthy to enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We pray Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints whose relics are here, and of all the Saints: that Thou would deign to pardon me all my sins. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

INTROIT Exodus 13: 9

Erit quasi signum in manu tua, et quasi monuméntum ante óculos tuos, et ut lex Dómini semper sit in ore tuo. (Ps. 104: 1) Confitémini Dómino et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Erit quasi signum in manu tua, et quasi monuméntum ante óculos tuos, et ut lex Dómini semper sit in ore tuo.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Kýrie, eléison.

S: **Kýrie, eléison.**

P: Kýrie, eléison.

S: **Christe, eléison.**

P: Christe, eléison.

S: **Christe, eléison.**

P: Kýrie, eléison.

S: **Kýrie, eléison.**

P: Kýrie, eléison.

(Stand at High Mass)

P: Glória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserere nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe. †Cum Sancto Spirítu, in glória Dei Patris. Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui beatíssimam Virginem Mariam, Matrem tuam ab origine immaculátam innúmeris miraculis claréscere voluísti: concéde; ut, ejúsdem patrocinium semper implorátes, gáudia consequámur ætérna: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: **Amen.**

(Sit)

LESSON Apocalypse 12: 1, 5, 14-16

Signum magnum appáruit in cælo: Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et péperit filium másculum, qui récturus erat omnes gentes in virga férrea: et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus. Et datæ sunt mulieri alæ duæ áquilæ magnæ, ut voláret in desértum in locum post. Et misit serpens ex ore suo mulierem aquam tamquam flumen, uteam fáceret trahi a flúmine. Et adjúvit terra mulierem, et apéruit terra os suum, et absórbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

S: Deo grátias.

GRADUAL Psalms 104: 5, 27

Mementóte mirabílium ejus, quæ fecit: prodígia ejus et judícia oris ejus. Pósuít in ea verba signórum suórum et prodigiórum suórum in terra.

LESSER ALLELUIA Psalms 18: 7

Allelúja, allelúja. A summo cælo egréssio ejus, nec est qui se abscóndat a calore. Allelúja.

AT THE CENTER OF THE ALTAR (Only at High Mass when incense is used)

P: *Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

P: Munda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum.

P: Jube, Dómine, benedicere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

S: **Glória tibi, Dómine.**

INTROIT Exodus 13: 9

It shall be as a sign in thy hand, and as a memorial before thine eyes, and that the law of the Lord be always in thy mouth. (Ps. 104: 1) O give thanks unto the Lord, and call upon His name: tell forth His deeds among the nations. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. It shall be as a sign in thy hand, and as a memorial before thine eyes, and that the law of the Lord be always in thy mouth.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Christ, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

(Stand at High Mass)

P: Glory to God in the highest, and on earth peace to men of good will. We praise Thee; we bless Thee; we adore Thee; we glorify Thee. We give Thee thanks for Thy great glory, O Lord God, heavenly King, God the Father almighty. O Lord Jesus Christ, the only-begotten Son. Lord God, Lamb of God, Son of the Father. Thou Who takest away the sins of the world; have mercy on us. Thou Who takest away the sins of the world; receive our prayer. Thou who sittest at the right hand of the Father; have mercy on us. For Thou alone art holy; Thou alone art the Lord; Thou alone art most high, Jesus Christ, †with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

P: The Lord be with you.

S: And with your Spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

O Lord Jesus Christ, Who hast willed that the most blessed Virgin Mary, Thy

mother, sinless from the first moment of her conception, should be glorified by countless miracles; grant that we, who never cease from imploring her patronage, may attain in the end to eternal happiness. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

(Sit)

A great sign appeared in heaven: a woman clothed with the sun, and the moon under her feet, and on her head a crown of twelve stars. And she brought forth a Man-Child, Who was to rule all nations with an iron rod: and her Son was taken up to God, and to His throne. And there were given to the woman two wings of a great eagle, that she might fly into the desert unto her place. And the serpent cast out of his mouth after the woman, water as it were a river: that he might cause her to be carried away by the river. And the earth helped the woman, and the earth opened her mouth, and swallowed up the river, which the dragon cast out of his mouth.

S: Thanks be to God.

Remember the marvelous works which He hath done: His wonders, and the judgments of His mouth. He placed in them the words of His signs: and of His wonders in the land.

Alleluia, alleluia. His going forth is from the topmost heaven: nor is there any that can hide from His heat. Alleluia.

AT THE CENTER OF THE ALTAR (Only at High Mass when incense is used)

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

P: Cleanse my heart and my lips, O almighty God, Who cleansed the lips of the Prophet Isaiah with a burning coal. In Thy gracious mercy, deign so to purify me, that I may worthily proclaim Thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.

P: Pray, Lord, a blessing. The Lord be in my heart and on my lips that I may worthily and fittingly proclaim His Gospel. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The continuation of the holy Gospel according to John.

S: Glory to Thee, O Lord.

GOSPEL John 2: 1-11

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Gana Galilææ: et erat Mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapides hydræ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capiéntes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Jesus: Implète hydras aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclínus aquam vinum faciã, et non sciébat unde esset, ministri autem sciébat, qui háuserant aquam: vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriãti fuerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servãsti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signórum Jesus in Cana Galilææ: et manifestãvit glóriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus.

At that time there was a marriage in Cana of Galilee: and the mother of Jesus was there. And Jesus also was invited, and His disciples, to the marriage. And the wine failing, the mother of Jesus saith to Him: They have no wine. And Jesus saith to her: Woman, what is that to Me and to thee? My hour is not yet come. His mother saith to the waiters: Whatsoever He shall say to you, do ye. Now there were set there six water pots of stone, according to the manner of the purifying of the Jews, containing two or three measures apiece. Jesus saith to them: Fill the water-pots with water. And they filled them up to the brim. And Jesus saith to them: Draw out now, and carry to the chief steward of the feast. And they carried it. And when the chief steward had tasted the water made wine, and knew not whence it was, but the waiters knew who had drawn the water: the chief steward calls the bridegroom, and saith to him: Every man at first sets forth good wine: and when men have well drunk, then that which is worse: but thou hast kept the good wine until now. This beginning of miracles did Jesus in Cana of Galilee; and manifested His glory, and His disciples believed in Him.

S: Laus tibi, Christe.

P: Per evangélica dicta deleántur nostra delicta.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Orémus.

(Sit)

OFFERTORY John 19: 27

Dixit Jesus discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua.

P: Súscipe, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hórtiam, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offénsionibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúntis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam ætérnam. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Deus, qui humanæ substántiæ dignitatem mirábiliter condidisti, et mirábilis reformásti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitatis esse consórtis, qui humanitatis nostræ fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus: per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Offerimus tibi, Dómine, cálicem salutáris tuam deprecánte cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra, et totíus mundi saluté cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. In spírítu humilitátis, et in ánimo contrito suscipiámur a te, Dómine, et sic fiat sacrificíum nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. Veni, sanctificátor omnípotens ætérne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

(Only at High Mass

when incense is used)

P: *Per intercessiónem beáti Michælis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsium istud dignétur Dóminus benedicere, et in odórem suavitátis accipere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.*

P: *Incénsium istud a te benedictum, ascéndat ad te, Dómine, et descéndat super nos misericórdia tua.*

P: *Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsium, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiã ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malitiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.*

P: *Accéndat in nobis Dóminus ignem sui Accóris, et flamma ætérni caritátis. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Lavábo inter innocéntes manus meas: et circumdábo altáre tuum, Dómine: Ut áudiãbo vocem laudis, et enárrem univérsa mirábilia tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpíis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinem vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: dextera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingrèssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória Patri, et Filio, et Spírítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offerimus ob memóriam passiónis, resurrectiόνis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem Joánnis Mariæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

S: Suscipiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis, ad utilitatem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

P: Amen.

SECRET *(silently)*

Beáta Vírgine María intercedénte, cujus précibus exorátus Jesus Christus, Fílius tuus, fecit initium signórum: da nobis, Dómine Deus, sacraméntum Córporis et Sánguinis ejúsdem Filii tui pura mente conficere; ut ætérni convívii mereámur esse partícipes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus,

(aloud, to conclude the Secret Prayer)

P: ...per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Sursum corda.

S: **Habémus ad Dóminum.**

P: Grátias agámus Dómino Deo nostro.

S: **Dignum et justum est.**

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beatæ Mariæ semper Vírginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et virginitátis glória perennánte, lumen ætérnum mundo effudit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cæphalórumque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplicii confessiõe dicéntes:

(Kneel)

P: Sanctus ☩, Sanctus ☩, Sanctus ☩, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. †Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

THE ROMAN CANON

(silently)

P: Te ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona hábeas, et hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et regere dignéris toto orbe terrárum: a cum fámo tuo Papa nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

P: Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.**, et **N.**, et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnota est, et nota devotío, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium: laudi quidem, pro se, suisque ómnibus: pro redemptiõe animárum suárum, pro spe salutis et incolunitátis suæ: tibi que reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

P: Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósa semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiόνis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: ☩ Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accipias: diésque nostris in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatiõe nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numeráti. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

S: Praise to Thee, O Christ.

P: May our offenses be erased by the words of the Gospel.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

(Sit)

Jesus said to the disciple, Behold thy Mother. And from that hour the disciple took her for his own.

P: Receive, O Holy Father, almighty and eternal God, this spotless host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present; and also for all faithful Christians both living and dead, that it may profit me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: O God, Who wonderfully formed the dignity of human nature, and more wonderfully restored it, grant us through the mystery of this water and wine, to be made partícipants of His divinity, Who condescended to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who with Thee, lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We offer Thee, O Lord, the chalice of salvation, pleading Thy clemency, that it may ascend in the sight of Thy divine majesty, with a sweet fragrance, for our salvation and for that of the whole world. Amen. In a humble spirit and a contrite heart may we be received by Thee, O Lord, and let our sacrifice be so made in Thy sight this day that it may please Thee, O Lord God. Come, O sanctifier, almighty and eternal God, and bless this sacrifice prepared for Thy holy name.

(Only at High Mass

when incense is used)

P: *By the intercession of blessed Michael the Archangel, who stands at the right hand of the altar of incense, and of all His elect, may the Lord deign to bless this incense, and to receive it as a sweet fragrance, through Christ our Lord.*

P: *May this incense, blessed by Thee, ascend to Thee, O Lord, and may Thy mercy descend upon us.*

P: *Let my prayer be directed, O Lord, as incense in Thy sight, the lifting up of my hands as an evening sacrifice. Set a watch, O Lord, before my mouth: and a door round about my lips: that my heart may not incline to evil words: to make excuses in sins.*

P: *May the Lord enkindle in us the fire of His love and the flame of everlasting charity. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: I will wash my hands among the innocent, and I will compass Thine altar, O Lord, that I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wondrous deeds. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Destroy not my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is full with gifts. But I have walked in my innocence: redecum me, and have mercy on me. My foot has stood on the right path; in the churches I will bless Thee, O Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Receive, O holy Trinity, this oblation which we offer to Thee in remembrance of the Passion, Resurrection, and Ascension of Our Lord Jesus Christ, and in honor of blessed Mary, ever Virgin, and of John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of these and of all the Saints; that it may avail unto their honor and our salvation, and may they deign to intercede in heaven for us who honor their memory here on earth. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: Pray brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.

S: May the Lord receive the sacrifice from your hands, to our praise and glory of His name, to our benefit, and that of all His holy Church.

P: Amen.

Moved by the pleading of the blessed Virgin Mary, in answer to whose prayers Jesus Christ Thy Son wrought the first of His miracles: vouchsafe unto us, O Lord God, to minister in cleanness of heart unto the sacrament of the body and blood of the same Thy Son, so as to deserve to sit down to the everlasting banquet of eternity. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God,

P: ...forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Lift up your hearts.

S: We have lifted them up to the Lord.

P: Let us give thanks to the Lord our God.

S: It is fitting and just.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations adore it, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be joined in acknowledging Thee saying:

(Kneel)

P: Holy, holy, holy, Lord God of Hosts! Heaven and earth are filled with Thy glory. Hosanna in the highest! †Blessed is He Who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest!

THE ROMAN CANON

P: Therefore, most merciful Father, we humbly pray and entreat Thee, through Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, that Thou would accept and bless these gifts, these offerings, these holy and spotless sacrifices, which, in the first place, we offer Thee for Thy holy Catholic Church: deign to pacify, to guard, to unite, and to govern her throughout the world, together with Thy servant **N.**, our Pope, and **N.**, our Bishop; and all orthodox believers of the Catholic and apostolic faith.

P: Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer to Thee, this sacrifice of prayer for themselves, and for all their own, for the redemption of their souls, for their hope of salvation and safety; and who pay their vows to Thee, the everlasting, living, and true God.


P: Having communion with, and venerating first of all the memory of the glorious and ever Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; and also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; of Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all Thy Saints, by whose merits and prayers, grant that in all things we may be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: We therefore beseech Thee, O Lord, to graciously accept this oblation of our service, as also of Thy entire family; dispose our days in Thy peace, save us from eternal damnation, and command that we be numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

P: Quam oblatiōnem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui Dōmini nostri Jesu Christi.

P: Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi grātas agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:


Accipite, et manducate ex hoc omnes, HOC EST ENIM CORPUS MEUM.



P: Símili modo postquam cænatum est, accipiens et hunc præclarum Cálicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grātas agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

Accipite, et bibite ex eo omnes, HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDATUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotiescúmque feceritis, in mei memoriā faciētis.



P: Unde et memores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Filii tui Dómini nostri tam beatæ passiōnis, nec non et ab inferis resurrectiōnis, sed et in cælos gloriósæ ascensiōnis: offérimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ, et Cálicem salutis perpétuæ.

P: Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris; et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Ábrahæ: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hóstiam.

P: Súplices te rogámus, omnípotens Deus: jube hæc perférrí per manus sancti Ángeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divinæ majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris participatiōne sacrosánctum Filii tui, Corpus, et Sanguinem sumpsérimus, omni benedictiōne cælesti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuarum **N.** et **N.** qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dórmunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúgeas, deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre digneris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus: cum Joánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellino, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

P: Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnípoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor, et glória.

(aloud, to conclude the Canon)

P: Per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divinā institutiōne formáti, audémus dicere: Pater noster, qui es in cælis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Páram nostrum quotidiánum da nobis hódie: Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne:

S: Sed libera nos a malo.

P: Amen

P: Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, prætérítis, præséntibus, et futúris: et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce Maríá, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis: da propítius pacem in dñibus nostris: ut ope miserícordiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatiōne secúri. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.

P: Pax Dómini sit semper vobiscum.

S: Et cum spírítu tuo.

(Kneel at High Mass)

P: Hæc commítio, et consecrátió Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam æternam. Amen.

P: Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ: eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre digneris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spírítu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsum malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te nunquam separári permittas: Qui cum eódem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

P: Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus súmere præsumo, non mihi provéniat: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et cörperis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Panem cælestem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

P: Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retribuit mihi? Cálicem salutáris invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

P: Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

S: Dómine, non sum (strike breast) dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. **S:** Dómine, non sum (strike breast) dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. **S:** Dómine, non sum (strike breast) dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

AT THE COMMUNION RAIL

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédiū sempitérnum.

P: Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remâneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum, Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

COMMUNION
Ecclesiasticus 36: 6-7, 10
Innova signa et immúta mirabilia. Glorífica manum tuam et bráchium dexterum. Festína tempus et meménto finis, ut enárrent mirabilia tua.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: Dóminus vobiscum.

S: Et cum spírítu tuo.

P: Which oblation, do Thou, O God, deign in all respects to make blessed, approved, ratified, reasonable and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of Thy most beloved Son, our Lord, Jesus Christ.

P: Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes raised to heaven, unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed it, broke it, and gave it to His disciples saying:

Take, all of you, and eat of this: FOR THIS IS MY BODY.

P: In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands, and giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying: Take, all of you, and drink of this: FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE Poured out for you and for many unto the remission of sins. As often as you shall do these things, you do them in memory of Me.

P: Wherefore, Lord, we, Thy servants, but also Thy holy people, mindful of the same Christ, Thy Son, our Lord, of His blessed passion, and of His resurrection from the grave, and of His glorious ascension into heaven, offer unto Thy most excellent majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure victim, a holy victim, an unspotted victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

P: Deign to regard them with a gracious and serene countenance, and to accept them, as Thou didst deign to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of Abraham our Patriarch, and that which Thy chief priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

P: Humbly we pray Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angel to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, so that as many of us as shall, by partaking from this altar, consume the most holy Body and Blood of Thy Son, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: Be mindful also, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.** who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, we plead that you grant a place of comfort, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: To us sinners also, Thy servants, trusting in the multitude of Thy mercies, deign to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company, we beseech Thee, not as appraiser of merit but as bestower of pardon, to admit us. Through Christ our Lord.

P: Through Whom, O Lord, Thou always create, sanctify, quicken, bless and bestow upon us all good things. Through Him and with Him and in Him is to Thee, God the Father almighty, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory,

P: Forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Let us pray: Admonished by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we dare to say: Our Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

S: But deliver us from evil.

P: Amen.

P: Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever-Virgin Mary, Mother of God, together with Thy blessed Apostles, Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant peace in our days, that sustained by the help of Thy mercy, we may be always free from sin and secure from all disturbance. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, who lives and reigns with Thee, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

P: The peace of the Lord be always with you.

S: And with your spirit.

(Kneel at High Mass)

P: May this mingling and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, (strike breast) have mercy on us. Lamb of God, Who takes away the sins of the world, (strike breast) have mercy on us. Lamb of God, Who takes away the sins of the world, (strike breast) grant us peace.

P: O Lord Jesus Christ, Who said to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you; regard not my sins, but the faith of Thy Church, and deign to grant her peace and to unify her according to Thy will: Who lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father, with the cooperation of the Holy Spirit, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from all evils. Make me always cleave to Thy commandments, and never permit me to be separated from Thee, Who with the same God the Father and the Holy Spirit, lives and reigns, God, forever and ever. Amen.

P: Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy kindness, may it benefit me, a safeguard both of mind and body, and a certain remedy. Who with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: I will take the Bread of heaven, and will call upon the name of the Lord.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

P: What return shall I render unto the Lord for all He has given me? I will take the Chalice of salvation, and I will call upon the name of the Lord. Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.

P: May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

P: Behold the Lamb of God, behold Him who takes away the sins of the world.

S: Lord, I am (strike breast) not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. **S:** Lord, I am (strike breast) not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. **S:** Lord, I am (strike breast) not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

AT THE COMMUNION RAIL

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve your soul unto everlasting life. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.

P: May Thy Body, O Lord, which I have consumed, and Thy Blood which I have drunk, cling to my vitals; and grant that no wicked stain may remain in me, whom these pure and holy mysteries have refreshed. Who lives and reigns, forever and ever. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

Renew the signs, and work fresh marvels; glorify Thy hand and Thy right arm; hasten the time, and remember the end, and let them declare Thy wondrous works.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**P:** Orémus.**POSTCOMMUNION**

Dómine, Deus omnipotens, qui per immaculátam Genetrícem Fílii tui ómnia nos habére voluísti: da nobis, tantæ Matris auxilio, præsentis témporis perícula devítare; ut vitam consequámur ætérnam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.**AT THE CENTER OF THE ALTAR****P:** Dóminus vobíscum.**S:** Et cum spírítu tuo.**P:** Ite, Missa est.**S:** Deo grátias.**(Kneel at High Mass)**

P: Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihique et ómnibus pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Benedícat vos omnipotens Deus, †Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

S: Amen.**AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR****(Stand)****P:** Dóminus vobíscum.**S:** Et cum spírítu tuo.

P: Inítium sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

S: Glória tibi, Dómine.

P: In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso víta erat, et víta erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus eum per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

(Genuflect) ET VERBUM CARO

FACTUM EST

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

S: Deo grátias.[Leonine Prayers](#)

(optional after Low Mass)

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR**P:** Let us pray.

O Lord God almighty, Who hast willed that all things should be given to us through the Immaculate Mother of Thy son: grant that under the protection of this mighty Mother, we may escape all the dangers of these our times, and in the end may come to life everlasting. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.**AT THE CENTER OF THE ALTAR****P:** The Lord be with you.**S:** And with your spirit.**P:** Go, the Mass is ended.**S:** Thanks be to God.**(Kneel at High Mass)**

P: May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

P: May almighty God bless you, †the Father, Son, and Holy Spirit.

S: Amen.**AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR****(Stand)****P:** The Lord be with you.**S:** And with your spirit.

P: The beginning of the holy Gospel according to John.

S: Glory be to Thee, O Lord.

P: In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him: and without Him was made nothing that was made. In Him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him, He gave them power to be made the sons of God, to them that believe in His name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

(Genuflect) AND THE WORD WAS

MADE FLESH,

and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.

S: Thanks be to God.